

## Orationes Vestuariæ

*Post abluat manus:*

**Da Dómine virtútem mánibus meis ad abstergéndam omnem máculam, ut sine pollutióne mentis et córporis váleam tibi servíre. Amen.**

*Muniens se signo crucis:*

**In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.**

*Accipiens amictum:*

**Impone Dómine cápiti meo gáleam salútis, ad expugnándos omnes diabólicos incúrsus. Amen.**

*Induturus albam:*

**Deálba me Dómine, et munda cor meum, ut in ságuine Agni dealbátus, gaudiis perfrúar sempitérnis. Amen.**

*Cingulo se cingens:*

**Præcínge me Dómine cingulo puritátis, et extíngue in lumbis meis humórem libídinis, ut máneat in me virtus continéntiæ et castitátis. Amen.**

*Inducans sinistro brachio manipulum:*

**Mérear Dómine portáre manípulum fletus et dolóris, ut cum exsultatióne recípiam mercédem labóris. Amen.**

*Imponans colo stolam:*

**Redde mihi Dómine, obsécro, stolam immortalitátis, quam pérdidi in prævaricatióne primi paréntis, et quamvis indígnus accédo ad tuum sacrum mystérium, Mérear tamen gáudium sempitérnum. Amen.**

*Casulum induans:*

**Dómine, qui dixísti: Jugum meum suáve est, et onus meum leve: fac ut istud portáre sic váleam, quod cónsequar tuam grátiam. Amen.**